C d

very rare

(Rome, Stephan Planck, 1508)

BOUND BY ZAEHNSDORF



Serenissimi Emanuelis Portugallie Regis ad Julium .ii. Pont. max. Epistola de Prouinciis: Ciuitatibus: Terris: & locis Orietalis partis: sue ditioni fideiqz christiane nouissime per eum subactis.



Anctissimo in xp̃o patri ac Beatissimo domino dño Iulio diuina prouidentia summo Pontifici Deuotissimus eiusdẽ Sanctitatis filius Emanuel dei gr̃a rex Portugalliæ & Algarbiorum citra & ultra mare in Africa dominus Guineæ & Conquistæ nauigatiõis ac Comercii Ethiopiæ Arabiæ Persię atq; Indiæ:hu milima beatoꝝ oscula pedũ. Multiplicat beatissime pater omnipotens deus de die in diẽ magnificentiã suã super istam sanctã sedem & uestre S. decus/ad xp̃iane religionis exaltationẽ. Respicit de cœlo pro sua imensa pietate. uisitat & p̃ficit uineam suã: quã per nos in oriente plantare dignata est dextera eius leta nobis alia super aliis adiiciens: quæ geminata lætitia:& nos enuntiare & uestre S. omniumq; fide lium aures:frequenter audire possint. Rediit nunc pater Sanctissime ex India & aliis orientalibus ter ris classis nostra mercibus onusta:quã superioribus diebus eidem significauimus anno illo: quo missa fuerat uentorũ aduersitate iactatã Indiam tenere nõ potuisse. Cuius tamen laboriosam nauigationẽ diuina clementia ita moderata est:ut etiam eius er rores successibus non caruisse uoluerit: sicuti miseri cors deus nõ tribuit sæpe quæ petimus/ ut meliora tribuat/consulens forsitan sic magis nostroꝝ labori bus:ad faciliorem ut speramus saracenoꝝ in Arabi co & Persico sinu expugnationẽ. Quippe dux clas sis nostræ dum sic ab incepto impeditur itinere: nõ

4/62
7

nulla opulenta ſaracenoꝝ opida in ea parte Ethio-
piæ : quæ Arabico ſinu eſt proxima inuadit expug
nat atq; incendit: in quibus Xer opidū uicinarum
cladiū terrore ſe reddidit nobis quottannis tributa
rium. Primū illico tributū in ſolis marcellis Vene-
tiarū moneta perſoluens: ut coniici poſſit xp̄ianorū
comertiū illucuſq; tantū extendi per Ethiopiæ orā.
Deinde opulentiſſimā in eo tractu ciuitatem Braua
appellatam: & bellicæ uirtutis (fama in uicinis gen
tibus) nominatiſſimam: eſt aggreſſus. Occurrentes
ibi extra portas in noſtrorum contemptum. Oppi-
danos inſigni profligit certamine: refugientibus in
oppidum hoſtibus inmixti noſtri atq; ingreſſi mag
nam edidere ſtragem. In arce expugnādā: labor no
ſtris præcipuus: ob genti ſuopte ingenio obſtinatæ
additam deſperationē. Arce tandem expugnata ad
unū omnes interfecti: & ciuitas igni fonditus dele-
ta atq; conſumpta: ut apareat iā de ſaluatoris noſtri
omnipotētia in omnib9: quæ in terris illis a noſtris
gerūtur: Ignem ante ipſum procedere & inflāmare
in circuitu inimicos eius. Interfecti ex hoſtibus fer
ro tantū ad Mille & quingētos: equoꝝ argenteis an
nulis ac monilibus pro gentis more geſtatis ad mil
le prope & quingēta talenta fuere taxata longe am
pliſſimæ captæ in oppido prædæ argumentū. Inde
claſſis noſtræ dux ut iuſſus erat petit feraciſſimam
xp̄ianoꝝ inſulā ad Nonaginta prope millia paſſuū
longam: quam Zacothora uocant: a ſaracenis ſup-

peditatã littoribus Arabiæ proximã : & eq̃li ꝓpe in
teruallo a Persici & Arabici sinuũ ostiis distantem.
In ea insula Castellũ nos edificari iussimus: tum ad
Mechæ saracenæ pfidiæ arcem oportunã infestatio
nẽ: tum ut prorsus auferat̃ imposterũ Saracenis li-
bere nauigãdi & cõmeandi in Arabicũ & Persicum
sinũ facultas: & exercẽdi in terris ill' maritia cõmer
tia : qbus etiã in mediterraneis uiuentes q̃ maxime
sustẽtant̃. Ferebãt ad id opus efficiendũ nr̃i ligneũ
Castellũ in naues partitum: quo in accessu impigre
erecto nostri pro munimẽto dũ murũ intus faciũt
aduersus prohibentes uti possent. Verum clemen-
tissim9 deus lenius in nostris fecit. Applicãtes nãq;
ad Insulam : inueniunt munitissimum Castellum:
quod ignorabamus: a/saracenis edificatum firmissi
mo imposito præsidio. Cui præerat filius Fartharac
in Arabia Regis insulæ illius possessione q̃maxime
inter saracenos nobilitati tum ꝙ christianorũ erat:
tũ ꝙ poportuna ad faciẽdas quaqua uersum mariti
mas excursiões: & q̃si Conperes arabici & Persici si-
nus ualidissima. Expositis in terra nr̃is: Regis filius
extra castellũ cũ suis armatis occurrit. Qui uicti &
reiecti ĩ castellũ trepidi se recipiũt : nr̃i instãtes atq;
pmixti in castellũ simul irrũpũt. Et durãte iã intus
diu atroci utriq; certamine: tandẽ saraceni: nemine
ex eis se dedẽte occisi sunt: duobus tm̃ captis: tanta
fuit in omnib9 obstinatio & moriẽdi potius studiũ.
Capta ibi plura ex hostibus arma/ bõbardæ/& aliæ

bellicæ machinæ : ſimul gladii atq; enſes a xp̄ianis ut aparet proh nephas importati : cum nominibus xp̄ianorum artificum latinis litteris inſculpti & in nōnullis etiam ſcriptū Deus adiuua me: ut non mi nus etiam nunc ſaluator quæri ac dicere poſſit Inimici hominis domeſtici eius. Capto caſtello: ſaracenis interfectis: & Inſula liberata: mira in xp̄ianis in colis exultatio : mira cum noſtris gratulatio. Sunt enim in Iuſula ad Quadraginta animarū millia cir cunciſi: tamen & in pluribus iudaizātes ut quibus iam diu defuere p̄poſiti uere xp̄iani qui eos inſtruerent: & in recta continerent fide: pleriq; eo℞ illico a noſtris ſacerdotib9: & probatæ uitæ religioſis: quos ſingulis annis illuc mittimus ultro baptizati ſunt: quod & reliquos omnes facturos pro comperto ha bemus. Quādo & in India plurimi ex Indis noſtris pariter baptizantur præcipuum in eo℞ liberatione gaudiū ob filias a noſtris parentibus redditas: quibus ſaraceni ut captiuis in omnē iniuriam abutebā tur. Habent beatiſſime pater eccleſias: ad quas matutinis horis ueſpere & completorio cōueniunt ad orationē. Habent crucem dñi: quā etiam ferendam pro ſecuritate preſtēt ſacerdotes his qui ob aliquod factum uagari per inſulam nō audent. Habent etiā feſta noſtra pręcipua & ieiunia Quadrageſimā atq; aduentū & nōnulla alia in quibus nō ſolum a carnibus ut nos ſed etiam piſcibus abſtinent: ſoluūt de cimas: quas eo℞ ſacerdotes in fabricas eccleſiarū &

in pauperes tamē distribuūt. Si sacerdotū suorum quempiam quis offenderit nullo loco ei patet securitas: quin & Prefectus noster etiam edixit ne castellum ne præsidium nostrum eiusmodi offensoribus opitularet. Subacta (qđ maxime optabamus Sanctissime pater) hac Insula: impositoq; cū generoso & strenuissimo Præfecto ualidissimo nostrorū præsidio simul relicta in eo mari cōuenienti classis parte: omni armorum & militū numero instructissima classis nostra ut erat iussa Indiā uersus descendens plures saracenoꝝ naues itinere cœpit atq; incendit Capta tā ingenti omniū rerū preda ut maxima pānoꝝ & aliarū mertium parte quia ferre nō poterāt in mare proiecta contigerit fieri per eā a nostris de naui in nauim siccis pedibus transitus: proueniētes tandē in Indiā nostri plurimas in saracenoꝝ opidis & portub9 subductas eo metu naues & magnis munimētis uallatas magno certamine uictis hostibus comburunt: & ꝙ in uotis istius sanctæ Sedis & uestræ S. summū esse debet affirmant nostri qui nūc uenere nunciasse eis saracenos: qui postea in nostrorum ex India discessu ex Persico & Arabico mari aduentarunt. Credibili eo magis ut ab hostibus nūtio reliquā classem nostrā quam ad Zacotara relictam supradiximus tantā per oras illas maritimas intulisse saracenis infestationē ac terrorem ut nonnulla Arabiæ oppida necnon amplissimū & celeberrimū illius ore emporiū Armum appellatum qđ Pto. Ar

musam uocat: in ostio sinus Persici situm: & Sophi subditum in nostram concesserint ditionem:admirando diuinæ potentiæ misterio ut loca Sophi qui se cæteris orbis potentibus ac ingentibus uniuersis terribilē & prope dominatorē superbus ostentat nostris pusillo Xp̄i gregi colla submittant in maximi xp̄iani nominis laudem & auspicatissimā futuri toto orbe:ecclesie:xp̄i triumphi expectationē. Verum beatissime pater cū hæc imitatio sit dextera excelsi: quis ambigere aut ignorare iam potest q̄ hæc omnia manus dn̄i fecerit:qui omnia quæcunq; uult facit in celo & in terra: quiq; facit uoluntatē suam in Babilone & brachiū suū in Caldeis:quapropter manū eius extēsam quis auertet? aut q̄d decreuit quis poterit infirmare? Pleraq; certe alia relatu digna de diuina pariter indulgētia nostris in oriēte præstita ob epistolarē angustiā cōsulto præterimus: præsertim cū suprascriptis satis appareat q̄tum iā exurgat omnipotēs deus ad iudicandū causam nostrā : memor improbriorꝝ & sup̄biæ inimicorū suorꝝ adeo ut procedente iam tantopere in prælium:xp̄m dn̄m:& liberationē ecclesiæ:& populi sui etiā ab extremis finibus tam mire initiantem nolle imitari:nolle iam sequi:esse uideatur non fidelis populi sui non xp̄iani: sed nec deum nec seipsum reminiscentis. Ex Alchochete. xii. Iunii. M. d. viii.

12143
Christie Miller
June 30, 1919

271 EMANUEL, *King of Portugal.* Epistola de Provinciis, Civitatibus Terris et Locis Oriētalis partis, *roman letter,* 4 *ll. title in gothic letter, with small cut of the arms of Pope Julius II above, straight grain olive morocco extra, g. e. by Zaehnsdorf* no see BM STC of Italian
4to. absque nota. [*Rome, ~~Stephen Planck~~,* 1508]

